



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridivm Chronologicvm Sacrae Et Prophanæ Historiæ

Salian, Jacques

Coloniæ Agrippinæ, 1638

Desolatio septuagenaria regni Iuda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64957)

hostili furori subiacet, numer. 1. Rex ad Chaldæum abducitur; quem obiurgatum, occisis eius filijs, excæcat, n. 46. & catenis vincit, n. 47.

Vrbs capitur, & mox Sedecias rex.

Desolatio septuagenaria regni

Iuda.

An. mundi 3447, cadit in hunc annum ruina & deflagratio vrbis, atque templi, deportatio captiuorum, Ieremix lamentatio, collectio Iudæorum & fuga, & Tyri calamitas, nu. 1. Nabuzardan missu Nabuchodonosoris venit Ierusalem, 10. die mensis quinti, cum mandatis, vt urbem, cædibus & rapinis deformatam, à fundamentis erueret, templum & regiam spoliatam incenderet, populum Babylonem traduceret, n. 6. Muri euersi, n. 7. templū, nu. 8. libri sacri non perierunt eo tempore, n. 10. ad 22. captiui alij deportati, alij qui latuerant occisi, n. 23. 24, relictī pauperes sub cura Godolix, 25. cum eo manet Ieremias, permissu Nabuzardan, nu. 26. & c. Ieremias scribit Babylonem ad suos qui dudum transmigrarant, nu. 31. Captiui noui abducuntur, in quibus Rex Sedecias in cauea, eique filix erepta, nu. 34. abducitur & Iosedec filius Saraix Pontificis,

Clades Ierusalē, & Templi.

Libri sacri num tunc perierint.

Godolias

HO *Enchirid. Chron. vet. Testam.*

*Ismaëlis
facinora.*

Iohanan.

*Jeremias
in Ægyptum.
Tyri clades.*

*Jeremias
occiditur
à suis.*

Baruch.

n. 36. Jeremias Arcam abscondit, n. 38.
& tabernaculum, *num.* 40. tum deplo-
rat euerfam urbem, n. 41. 42. Venit ad
Godoliam, *numer.* 45. veniunt & alij
primarij viri, 46. & 48. Ismael molit-
tur Godolix neem, *numer.* 49. eam-
que infert, 53. & mox 80. viris inno-
xijs, *num.* 55. 56. dum prædam & capti-
uos in Ammonitas transfert Iohanan
filius Caree, eiprædam eripit, *numer.*
57. & 60. Iohanan fugam in Æ-
gyptum cogitat. 61. Eoque, Deo &
Jeremia repugnante, proficiscitur,
numer. 62. ad 67. Abducto secum Iere-
mia, qui cladem Ægyptiorum à
Chaldæis prædicit, 68. 69. Nunciatur
Ezechieli ciuitatis clades, n. 70. Na-
buchod. Tyro potitur & Sidone, n.
74. & seqq.

Anno mundi 3448. Iudæi in Ægyptum
profugi pergunt impie viuere,
numer. 2. quos arguit Jeremias, *numer.*
5. & seqq. qui tamen peruicaciter ob-
durantur, *num.* 10. & c. & molestum
monitorem lapidibus obruunt, n. 16.
& seqq. Ieremix cum Christo simili-
tudo, n. 19. ad 35. Epitaphium Prophe-
tæ, n. 35. & 36.

Anno mundi 3449. Mortuo in Æ-
gypto, sepultoque Ieremia, Baruch
Babylonem profecturus, ruinas urbis
& tem-

& templi reuifit, n. 2. Ibi iam collecti
aliqui cum Ioachimo Sacerdote, *ibid.*
ubi & sacrificabant, n. 3. Moritur Se-
decias hoc, vel proximo anno, *numer.*
6. & *seqq.* honorifice sepelitur, n. 10.
videri potest non perijffe, *ibid.*

*Mors Se-
decia.*

Anno mundi 3450. Nabuchodo-
nosor bellicam expeditionem parat,
num. 11. Vafa Hierofolimitana fuis dijs
consecrat, populo in Babylonia fedes
attribuit, & Pontificem vinculis exe-
mit, *ibid.*

Olymp.

XLIV.

V. C. 149.

Anno mundi 3451. Maximas victo-
rias obtinuit Nabuchodonosor, hoc
anno 23. regni fui, n. 1. Primum de Æ-
gyptijs, *numer.* 3. & *seqq.* vnde Iudæo-
rum quisquilias mittit Babylonem, n.
11. & 12. secundo de Æthiopibus, n. 13.
de Aufitide, *numer.* 14. de Philisthæis,
numero 15. 16. de Idumæis, 17. 18. de
Moabitis, *num.* 19. de Ammonitis, 21.
22. de Tyrijs & Sidonijs, *num.* 23. de
Arabibus, 24. Damascenis, 27. Aga-
renis, 28. indèque Babylonem ad hy-
berna concessit, 30. Hoc ipso anno
desolationis lectus est Babylone Ba-
ruchi liber, n. 31. & *seqq.* quo populus
ad lachrymas, & eleemosynas excita-
tus est, n. 36.

*Nabuch.
victoria.*

Hoc anno V. C. 150. postremum
gestum est à Tarquinio prælium

cum

cum Etruscis, *n.* 41. qui pacem petunt, & impetrant, 42, & principatum cum insignibus ad eum deferunt, 43. 44.

Imperium Nabuch. A. m. 3452, hic annus 24. regni Nabuchodonosor est 1. Imperij eius, *n.* 1. domat Elamitas siue Persas, *num.* 2. & Medos, *n.* 3, aliosque aquilonares, *n.* 4. & nominatim Niniuem, *n.* 5. & 6, & c. ad 15, magnitudo Imperij Nabuch. *ibi.*

Tarquinius pugnat contra Sabinos, *nu.* 16, eosque ope sui equitatus vincit, *n.* 17.

Iudæorum pietas in Chaldaea. Iudæi Babylonici mittunt in Iudæam pecunias ad sacrificia, *nu.* 36. & redimunt quædam vasa sacra, *n.* 37, & literas quibus monent orari pro Rege, & eius familia, 38. libelli eius summa capita, *n.* 40.

An. m. 3453, in Italia bellum renouatur à Sabinis, renouatur & clades, & iactura totius bellici apparatus, *n.* 1.

Statua Nabuch. Nabuchodonosor anno 2. Imperij sui videt statuam in somnis multis metallis conflata, Danielis 2. explicatur somnium, *n.* 5. & seqq. ad 20. Nabuchodonosor Daniele adorat ipso regnante, *nu.* 22. & 23, eum nihilominus in sublime extulit, & muneribus affecit, *ibid.*

Olym. XLV V.C. 153. Massilia An. m. 3454, hac Olympiade putatur condita Massilia à Phocæensibus *Asia*

Asiæ populis, n. 2. & 3. hoc anno nascitur Darius Medus, qui Balthafari successit, n. 4. annis 62. ante solutam captiuitatem. Fuit filius Astyagis, & auunculus Cyri, quippe filij Mandanes, sororis Darij huius, n. 7. 8.

conditus. .
Ortus Darij Medi. .

An. m. 3456. hoc circiter 28. Nabuch. qui & Imperij eius, 5. erecta videtur statua aurea, in qua ipse adoraretur, n. 1. 2. 3. & c. eius magnitudo 60. cubitorum, ex auro non solido, n. 5. & seqq. iubentur omnes eam adorare, n. 8. socij Danielis recusantes mittuntur in fornacem, num. 13. 14. ibi incolumes Deum laudant, nu. 17. Angelus in fornace apparet, n. 21. & c. educuntur ex ea, num. 24. Nabuchod. non plane ad Deum conuersus, n. 25. & seqq.

Aurea statua Nabuchod. .
Pueri in fornace. .

A. m. 3458, huius Olympiadis initio Athenis peste laborantibus, Epimenides Creta accitus ciuitatem sacrificijs expiauit, & amicitiam cum Solone contraxit, n. 1.

Olymp. .
XLVI. .
V. C. 157. .
Epimenides. .

Hoc fere anno bella contra Sabinos finita sunt, num. 2. 3. 4. deditioe facta Tarquinio, cuius habes formulam, num. 4.

An. m. 3459, regnare cœpit Astyages, Cyri ortus atque initia, n. 2. morti ab auo adductus, seruatur, n. 3. 4. Tarquinius mœnibus Urbem cingit, nu. 5. & construit cloacas, n. 6. A. m.

Astyages. .
Cyri ortus. .
Tartus. .

An. m. 3460. qui est 25. Transmigrationis, & Desolationis 14. ostensum est Ezechieli templum, *numer. 1.* quod videtur idem cum Salomonico, *n. 5.*

Ezechielis templum. Solon Legislator floret hoc tempore, *num. 7.* leges condit, *n. 8.* leges Draconis abrogat, *n. 11.* Geminum senatum quasi duas Reip. anchoras

Salathiel. constituit, *n. 12.* sequenti anno Salathiel Babylone nascitur, anno Ioachini patris 44.

Olymp. Anno mundi 3462. Dominus mercedem spondet Ægyptio, propter expeditionem contra Tyrum, *n. 1.* eique Ægyptum iterum vastandam præbet, *n. 5.*

Cades Ezechielis. Sub hoc tempus Ezechiel Babylone à suis idola colentibus occiditur, *n. 8. & 16.* Typus Christi fuit, *n. 17.* Hac Olympiade Anacharsis Scytha Solonem adiit, *n. 18.*

Anno mundi 3463. Nabuch. 35. contigit visio per somnium mirabilis arboris, *n. 1.* quæ à Daniele explicata est, *n. 2.* & *seqq.* præsertim, *n. 11.* Daniel suadet regi, ut peccata sua eleemosynis redimat, *n. 12.* id consilium videtur secutus Nabuchodonosor, *numer. 13. 14. & c.*

An. m. 3464. qui fuit regni Nabuchod.

chod. 36. & imperij 13. Hoc primum, inquam anno dum Nabuchod. gloriatur in contemplatione Babylonis, eius phantasia ita perturbatur, vt se in bestiam conuersum putaret, numer. 11. & 15. dumque furit, dimittitur foras, & cum bestijs versatur, n. 19. & 21. *Nabuch. furit.*

Anno mundi 3466. Tertius est hic annus ferinæ vitæ Nabuchod. Dum Euilmerodach, eius filius regit imperium, n. 1. *Olymp. XLVIII. V. C. 165.*

Anno mundi 3470. Hic est septimus & vltimus annus ferinæ vitæ Nabuchod. eiusdemque regni 42. & imperij 19. *Olym. XLIX. V. C. 169. Nabuch.*

A. m. 3471. Nabuchod. sanitati restituitur, regnumque recuperat, n. 2. 3. regno reuocato maxime annitente Daniele, n. 6. gratias agit Deo, n. 4. *sanitati & datur.*

A. m. 3472. Nabuchodonosor anno regni vlt. 44. curat scribi hanc historiam, n. 3. moxque moritur n. 3. Videri saluum esse ex S. Aug. alijsque multis, n. 4. 5. 6. & c. Contraria sententia, num. 11. refutatur, numer. 13. & c. Eius successor Euilmerodach, n. 27. ad 23. annos, num. 30. regnare cœpit 37. Transmigrationis, & eduxit è carcere Ioa- chinum, n. 31. 32. & c. ex communi carcere orta putatur amicitia n. 35. *Et moritur. Salua eiusdem.* *Euilmerodach.*

A. m.

- Danielis gesta.* *Belis Sacerdotes.* A. m. 3473, Daniel Euilmerodacho charus, n. 8. detegit fraudem Sacerdotum Belis, n. 14. 15. Draconem disrupit, n. 19. excitatur in regem seditio, n. 20. Daniel in foueam leonum deijcitur, n. 21. quem ibi Dominus pascit per Habacuc, n. 22. Rex luget Daniele, sed repertum viuum extrahit, & eius hostes in eandem caueam deijcit, n. 26. Tumultus Romæ excitatur contra Regem Tarquinium, artibus filiorum Anci Martij, n. 27. & 28.
- Olymp. L. V. C. 173.* *Sapientes Græcia se- ptem.* An. m. 3474. Hoc maxime Olympiade 7. Sapientes in Græcia florent, n. 1. mutuus eorum amor & modestia, n. 2. & 3.
- Ser. Tullius rex.* A. m. 3476, Moritur Ioachinus Babylone, an. ætatis 59. n. 4. Tarquinius templum Capitolinum molitur, n. 5. moritur anno ætatis 80. regni 38. cædis modus per fictam pastorum rixam, & authores, n. 7.
- Olymp. LI. V. C. 177.* A. m. 3478, Salathiel Iechoniae filius Euilmerodacho charus, i. Romæ bella cum Etruscis renouantur, n. 2. durantque ad 20. annos.
- Olymp. LII. V. C. 181.* A. m. 3482, Anacreon Poëta, & Phalaris hoc tempore celebrantur, sicut & Sap-

Sappho, n. 1. Phalaris Perillum in aenea Phalaris.
butula combussit. Eiusdem indulgen- Anacreon.
tia in Charitonem & Menalippum, Sappho.
num. 3.

A. m. 3483, Rex Seruius primum
triumphat de Etruscis, num. 1. ornat &
auget ciuitatem duobus montibus, n.
2. constituit 30. tribus, in quibus urba-
na quatuor, n. 3. Sequenti anno mori-
tur Pittacus Mitylenæus, n. 1. & senes-
cente Chilone floret Æsopus fabula- Æsopus.
tor, n. 2. Oly. LIII.

An. m. 3486, Athenæ seditione tri- V. C. 185.
partito diltractæ, n. 1.

An. mu. 3487, Pugnatur cum Etruscis C'asses
Rex Seruius, de quæ ijs triumphat, n. 1. Rom.
Ab eo institutus est census, nu. 2. & pro
eius modo institutæ 6. classes nu. 3. &
seqq. prima classis habuit 98. centurias.
Secunda 22. cum opificibus. Tertia
20. Quarta 20. cū tubicinibus. Quin-
ta 30. Sexta, quæ erat egenorum, vni-
cam. Primum Romæ lustrum, n. 8.

An. mun. 3488, Pisistrati tyrannis, Pisistratus.
eiusque occupatæ ratio, n. 1. Solon eius-
resistit, sed frustra, n. 2. bis peregrè ab- que mors.
ijt, n. 4. ad firmandas leges, & odium
tyrannidi conflandum, ibid. sequen-
ti anno obiit in Cypro, octogenarius,
num. 1.

A. mun. 3490, Huc pertinet Ibycus Olym. LIV.
Poe- V. C. 189.

Olymp.
 LIV. V. C.
 189.

Abaris.
Ibycus.
Pisistrati
exilium.
Astyages.

Poëta Lyricus, & Æsopi mors, n. 1.
 Abaris regiones peruolat sagitta celestius, dæmonē veētus cquo, *ibid.*

A. m. 3491. Pisistratus quarto sui tyrannidis anno Athenis eijcitur, & Eretriam Eubœæ secedit, n. 1.

Anno mundi 3493. Astyages regnare desijt, per Harpagi artes, qui Cyrum euocat, n. 1. & 2. Cyrus Persas adducit à Medis, & in Astyagem mouet, n. 3. qui victus capitur à Cyro, & uiuus seruatur, n. 4. relicto ei regis nomine, & regno Medorum Dario Medo, n. 5.

Cyrus.
Olym. LV.
V. C. 193.
Darius
Medus.

A. m. 3494. Euilmerodach mortur anno regni 23. Cyrus apud Persas regnare cœpit, n. 1. 2. initia regni & imperij eius diuersa, *num. 3. 4. & seqq.*
 Darius Medus siue Cyaxares in Media, Cyri permisso regnat, n. 10.

Balthazar.

A. m. 3495. Balthazar regnare incipit vsque ad finem desolationis, ad annos 22. *num. 1.* Huc pertinet visio Danielis de 4. ventis, totidemque bestijs, *num. 2. & seqq.* quæ sunt imperia Babyloniorum, Persarum, Græcorum, & Romanorum, n. 5. 6. 7. & c.

Craesus.

A. m. 3496. Daniel ab aula Balthazaris abiisse dicitur, n. 1. Pisistratus recipit tyrannidem, *numer. 2.* Craesus à Cyro inualecente sibi timet, & ab oracu-

oculis decipitur, n. 3. Vigesimo anno Seruij pax Etruscis data, n. 4.

Anno mundi 3497. qui est tertius *Vaticiniū*
Balthazaris, Daniel visionem habet *Danielis.*
de euerfione Imperij Persarum, & impietate ac crudelitate Antiochi Epiphaniſis, n. 1. & c. 10. 11. duratio illatæ ab eo cladis, n. 16.

A. m. 3498. Steſichorus mortuus *Olymp.*
putatur, ortus autem Zorobabel, n. 1. *LVI.*
anni ſeq. *V. C. 197.*

A. m. 3500. Agitur hoc anno mundanus Iubilæus 70. & Sabbaticus 131.
Zerobabel.
n. 1.

A. m. 3501. Secundus annus Secularis Romæ, n. 1. Tertium Seruij Iuſtrum, n. 2. An fortunatus dici debeat, n. 3. Piſiſtratus iterum exulat ſoceri factione, n. 4.

A. m. 3502. Floret Simonides Poëta *Simonides*
Lyricus, n. 1. Cræſi in Perſas expedi- *Olymp.*
tio, n. 2. 3. 4. *LVII.*

A. m. 3506. Cræſus Halin ſuperat, *V. C. 201.*
pugnatque contra Cyrum incerta vi- *Olymp.*
ſtoria, n. 3. Alia pugna Cyrus victor *LVIII.*
euadit, Sardeis 14. die expugnat, n. 5. *V. C. 205.*
Cræſus in Cyri poteſtatem venit, *ibid.* Cræſus à
eripitur incendio, n. 7. fit Cyro à con- *Cyro vin-*
ſilijs, *num.* 8. Theognis Poëta floret, *citur.*
Anaximander Thaletis auditor mo- *Theognis.*
ritur, n. 9.

A. m.

Olym. LIX. An. m. 3510, Cræsus moritur. Ph
 V.C. 209. recides Syrus. Pythagoræ præcepta
 innotescit, *nu.* 2. Cyrus magnam Asi
 partem occupat, *n.* 3. per ducē Harpa
 gum, dum ipse superiorem adit Asi
 am, *n.* 4. eiusdem felicitas bellica, *nu.*
 Pisistratus tertio tyrannidem occu
 pat, *n.* 6.

Olym. LX. An. mun. 3514, Hoc anno Sabbatic
 V.C. 213. 133. moritur Habacuc, *n.* 1. Xenopho
 nes & Pythagoras florent, *n.* 2. Inchoa
 ra est hoc anno Cyri expeditio in Ba
 bylonem, *nu.* 3. & 7. Gyndem fluvium
 in riuulos dissecat, *n.* 8. Romæ L. Tar
 quinius regnum ambit, *n.* 9.

Obsidio An. mun. 3515, Cyrus prælio victos
 Babylonis Babylonios in vrbe oppugnat, *nu.* 3. 4.
 à Cyro. locum parat deriuando fluuio, *num.* 5.
 Multi Iudæorum transfugiunt ad Cy
 rum, *n.* 6. Cyri votum pro Iudæis, *ibid.*
 Tarquinij & Tullix molitiones
 in regem, *num.* 7. incestæ nuptiæ ab ijs
 celebrantur, *n.* 8. 9. & c.

Finis De. A. m. 3516, Hic est 70. & vlt. Defo
 solationis. lationis annus, vltimus item Quintæ
 ætatis, quæ est 577. annorum. Vltimus
 quoque Balthazaris, & c. *n.* 1. Babylo
 nis magnificentia, *nu.* 3. & seqq. Ratio
 occupatæ vrbis, patre Euphratis in la
 cum ingentem deriuata, *n.* 19. per flu
 uium vadofum Chaldæus vrbem in
 ua-

ua dit, 20. 21. dum agitantur die festo
 conuiuia, 24. Balthazaris conuiuium,
 & scriptio contra parietem, & c. nume-
 ro 26. & seqq. Eam Daniel interpreta-
 tur, num. 35. 36. & c. Occupatur ea-
 dem nocte Babylon, num. 38. Rex oc-
 ciditur, num. 41. Vrbs repletur cædibus
 & rapinis, nu. 44. 45. 46. Seruius capti-
 uorum, num. 49. Daniel Dario à Cyro
 datur, nu. 50. euersio murorum vrbis,
 num. 51. eius solitudo, num. 54. & c. Da-
 niel adit Medos cum Dario, num. 59.
 præficitur 40. Satrapijs, cum inuidia
 collegarum, num. 60. qui à rege extor-
 quens, vt violata lege in lacum leonũ
 mittatur, nu. 68. Inde incolumis edu-
 citur, n. 72. & 73. Darius euulgat mira-
 culum, num. 76. & c. Rex ad Deum cõ-
 uertitur, num. 78. Huc pertinent 70.
 hebdomadæ Danielis, n. 88. & seq. ea-
 rum explicatio accuratior, n. 90. 91. 92.
 93. Romæ Aruntius Tarquinius occi-
 ditur, vxoris opera, numero 96.

Eadem ca-
pitur.

Balthaza-
ris cades.

Daniel cū
Dario in
Media.

70. Danie-
lis hebdo-
mada.

Sexta mundi Ætas, quæ est Prin-
 cipum & Sacerdotum Hebræo-
 rum, annorum 536.

Imperium Persarum.

Annus mundi 3517. Imperium Solutio ca-
 Persarum à Cyro inchoatur, n. 3. ptinitatis.

F & so-